



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae**

**Diertins, Joseph**

**Solisbaci, 1708**

Med. 20. De Apparatione octavâ. Myst. punct. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](#)

## MEDITATIO XX.

*De Apparitione octavâ. Joan. 21.  
Myſt. punct. I.*

**C**ONG. Lætari cum Christo redivivo.

PRÆL. I. Quomodo Christus apparens septem Discipulis pescantibus, effecerit, ut multos pisces caperent.

PRÆL. II. Aspicere mare, in quo hæc siebant.

PRÆL. III. Petere gratiam, ut Christum imitando in laboribus, postea conregnemus cum ipso.

**P**UNCTUM I. PERSONÆ. MFM. Mane autem facto stetit Jesus in Littore: non tamen agnoverunt Discipuli, quia Jesus est. Joan. 21.

INTEL. Contemplemur ergo Jesum stantem in tali specie, ut non agnosceretur. REFL. Sic interdum Christus nobis adest: Sed quasi absconditus vultus ejus. If. 53. assistente nobis præsidio divino, licet tunc nequaquam sentiatur. Reg. 7. hebd. disc. spirit.

VOL. Coram venerabili Eucharistia dicamus. *Tu es Deus absconditus. Isa. 45. adoro te devote latens Deitas. &c.*

**P**UNCTUM. II. VERBA. MEM. Audiamus Christum de pescatione loquentem, & dicentem eis: mitite index teram navigii rete. Joan. 21.

IN-

INTEL. Christus incipit loqui de eorum negotio temporali, ut illos deducat ad punctionem spiritualem. REFL. Sic nos debemus cum proximis incipere loqui de temporalibus, ut ipsi deinde finiant loquendo de spiritualibus: *juxta consilium S. P. Nostri.*

VOL. Cum Apostolo dicamus: *omnibus omnia factus sum, ut omnes facherem salvos.* 1. Cor. 9.

**P**UNCTUM III. OPERA. MEM. Discipuli *ascenderunt in navim, & illâ nocte nihil prendiderunt.* Joan. 2.

INTEL. En paupertatem conjunctam cum ejus effectibus, cum vigiliis, cum labore etiam irrito. REFL. Si tales pauperes fuerimus, Christus etiam libenter veniet ad nos.

VOL. Juxta Reg. 24. summ. Lubenter effectus aliquos paupertatis experiamur.

**P**UNCTUM. IV. QUID DIVINITAS. MEM. *Jactum rete ad Christi mandatum, jam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.* Joan. 21.

INTEL. Divinitas in passione abscondita iterum se nunc prodit tam manifesto miraculo. REFL. Necesse est, ut nos quoque per humilitatem absconditi simus coram hominibus; si velimus postea introire in potentias Domini, & regnare cum ipso.

VOL. Renovemus affectus tertii modi humilitatis, nixi spe regnandi cum Christo.

**P**UNCTUM V. SOLATIUM IN HAC VITA. MEM.  
Iterum consideremus miraculum multitudo-  
nis piscium.

INTEL. Ratio cinemur solatium, & gaudium ma-  
gnum fuisse Discipulis illis in capturâ piscium, &  
prosperus accommodatum illorum opificio. REFL.  
Sic Deus, ut ex historiis etiam constat, solet in  
hac vitâ suos solari etiam temporalibus benefi-  
ciis.

VOL. Statuamus semper nobis ob oculos illud  
Christi dictum: *Nolite ergo solliciti esse, dicentes:*  
*Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo*  
*operiemur. Scit enim Pater noster, quia his omni-  
bus indigetis.* Matth. 6.

COLLOQ. Quibus petamus gratiam spei inter  
labores hujus vitæ, qua expectemus à Deo tum  
felicitatem futuræ vitæ, tum præsentis solatium.  
RECOLLECTIO. REPETITIO. APPLICATIO SENSUUM.

## MEDITATIO. XXI.

*De Apparitione oīavâ. Joan. 24.*  
Myst. punct. 2.

**C**ONG. Desiderium cognoscendi magis, & aman-  
di Christum.

PRÆL. I. *Quomodo Christus agnitus fuerit, &*  
*quomodo Petrus desiliens in mare ad ipsum ac-  
cesserit.*

PRÆL.